



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ
Principia Et Usum**

De iudiciis civilibus

Zech, Franz Xaver

Ingolstadii [u.a.], 1765

Titulus XVII. De Litis Contestatione. In Progressu Litis notandus venit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68163)

& admittere ad agendum vel excipiendum, aut alios actus, circa quos præclusus fuit,

TITULUS XVII.
DE LITIS CONTESTATIONE.

*Conf. Lib. II. Decretal. Tit. 5. & 6.
In Sext. Tit. 3.*

§. 200.

*Formule
Romano-
rum.*

QUAMVIS Antiquorum Formulæ judiciales exoleverint, remanserunt tamen receptæ voces, quarum genuinus sensus sine prævia rituum Romanorum notitia vix intelligitur. Erant antiquitus certæ actionum, defensionumque formulæ a Jureconsultis compositæ, & a litigatoribus apud Præto-rem, nec unica syllaba mutata, pronuntiandæ. Recitatis ab utraque parte solenniter formulis, Magistratus rogabatur, ut iudicium conciperet, & litigatoribus daret, id est, agendi potestatem faceret. Pro causis quotidianis & levioris momenti Prætor Judicem dabat, hac fere formula: *si paret Tit-*

Titium Mavio dare centum oportere, Aquilius Judex esto & Titium condemnato. Causas majores Prætor suæ cognitioni reservabat, dicendo: si paret Titium Mavio facere oportere, de eo judicium est, quo Titius condemnatur. Dato Judice & judicio ordinato, utraque pars invicem denunciabat, ut ad Judicem datum venirent, & Assistentibus dicebant, *Testes estote*, quibus verbis Actor & Reus litem contestabantur 43.). Contestatio igitur fiebat apud Prætoram; Judicis autem officium lite demum contestata incipiebat. Prætor judicium dabat, reddebat, constituabat: litigatores judicium accipere, subire, suscipere dicebantur, cum potestatem causæ agendæ a Prætore impetrassent 44.).

§. 201. Hoc jus formularium, & Pro Lite. Jurisconsultorum artes false exagitat Conte-

Q CICE-

43.) Contestari litem dicuntur duo aut plures Adversarii, quod ordinato Judicio utraque pars dicere solet, *Testes estote*.

FESTUS de Verb. Signif. V. Contestari.

44.) De his plura videri possunt apud RÆVARDUM Protribunal. C. II. & de Au-

De Judiciis.

standa.

CICERO 45.) , dum ostendit , rei vindicationem simplicissime posse institui , si Petitor dicat : *Fundus Sabinus meus est* ; alter respondeat : *imo meus est* ; Judex autem auditis probationibus sententiam ferat. Dum econtra Jurisconsulti varias longasve formulas non tantum partibus , sed etiam Judici præscribebant mysticis notis signatas , ut eorum præsentia semper esset necessaria. Hodiernorum etiam Advocatorum artes campum præberent amplissimum eloquentiæ Ciceronis.

Hodierna Litis Contestatio definitur : §. 202. Hodie sepositis Antiquorum formulis 46.) , Litis Contestatio definitur : *Judicem competentem facta narratio cum petitione , & ad eam congrua responsio , ex qua scilicet sufficienter constet , quid & quantum Reus in causa principali concedere vel negare constituerit.*

etorit. Prudent. C. 2. PETRUM FABRUM Semestr. lib. 1. C. 21. ARNOLDUM VINNIUM select. Jur. quæst. lib. 1. c. 17. Vastissimum Formularum apparatus exhibet BARNABAS BRISSONIUS de formul. & solemn. populi Rom. verbis. 45.) In Orat. pro L. Muræna. 46.) *Juris formulæ aucupatione syllabarum insidiantes cunctorum actibus , radiatus*

rit. Contestari autem non activa tantum, sed & passiva significatione dicimus: sic contestatum iudicium, contestatam litem nominamus 47.). In hoc sensu Litis Contestatio est principium & fundamentum litis, ita, ut ea omissa regulariter Processus vitietur. Unde etiam pars invita ad eam compelli, vel lis in contumaciam pro contestata acceptari potest.

§. 203. Quando autem lis ob contumaciam Rei pro contestata habetur, *Ficta* dicitur litis contestatio: *Vera*, quando utraque pars animum litigandi circa causam principalem prodit: & quidem *generalis* dicitur, si actioni & narratis summatim contradicatur, E. G. *nego narrata prout narrantur*, quæ
Q 2 clau-

amputentur. L. 1. C. de formul. & impetrat. &c. Subscriptus huic Legi annus 342. & Consulatus III. Constantii, ac II. Constantis, indicant autorem hujus Legis Constantium, quidquid dicat GOTHOFREDUS in Chronologia Codicis Theodos. ad annum 339. & SCHILTNERUS Exercit. ad Pandect. 2. in Addit. de Jure formul. Roman.

47.) BRISSONIUS de Verb. Signif. lib. III. V. contestari.

clausula asserit, deducta in libello, nec vera omnia, nec etiam omnia falsa esse; ut tamen censeatur hæc esse vera Litis Contestatio, deberet addi, *Et dico petita fieri non debere*: contingere enim potest, quod factum, prout narratur, negari possit, & tamen secundum illud condemnatio sequi possit. *Specialis* Contestatio Litis dicitur, quando ad singulos actionis articulos affirmando vel negando respondetur. Utraque vel *pura* est, si id absque ulla conditione vel Protestatione fiat: *eventualis* autem, si respondeat Reus sub certa conditione vel protestatione: & hæc non nisi post impletam conditionem effectum suum habet, uti contingit, si opponantur Exceptiones dilatorix.

Dividitur.

§. 204. Dividi etiam solet Litis Contestatio in Affirmativam, & Negativam. *Affirmativa* fit etiam ab Actore; unde practici solent in libello Actionem proponere, *animo litem affirmative contestandi*. Si Reus litem contestetur affirmative, & quidem *simpliciter*, hoc ipso ostendit, se non habere animum litigandi; unde non sunt aliæ partes Judicis, nisi ut eum ad præstationem debiti urgeat. Si id faciat

De Litis Contestatione. 245

ciat conditionate, scilicet sub exceptione Transactionis, Solutionis &c; hujus qualitatis seu conditionis probatio plerumque Reo injungenda est. (infra Tit. 31. de Confess. §. 424.) *Negativa* fit, quando Reus negat intentionem Actoris, quamvis non addatur clausula, id fieri animo litem contestandi: hic enim animus præsumitur, quando adhibentur verba ad litem contestationem apta.

§. 205. Igitur litem non contestatur, qui non ea mente respondet, ut in causa procedatur; sed Judici factum narrat, & privatim de negotio instruit, protestando se id sine præjudicio dicturum: item qui opponit exceptiones litem finitæ, aut fori declinatorias, vel dilatorias, quas in continenti probare potest: vel etiam peremptorias, quibus tamen non obstantibus litem contestari oportet 48.). Præmissa protestatio de lite non contestanda potest rejici a Judice, nisi ratio non contestandi allegetur: rejecta autem protestatione si pergat negare factum, lis habebitur pro contestata, ne Ad-

Quando non censetur fieri?

Q 3 voca-

48.) C. fin. de lit. contest. in 6.

vocatis nimia indulgeatur licentia e-
ludendi iudicium 49.).

*Ejus esse-
tus.*

§. 206. Effectus Litis Contestatio-
nis est I. Ut Reus constituatur in mo-
ra & mala fide , proin impediatur
Præscriptio & alienatio rei litigiosæ
50.). II. Ut non admittantur ulterio-
res Exceptiones dilatoriæ , nec Judex
possit amplius recusari , nisi nova ali-
qua suspitionis causa superveniat: nam
per litis contestationem Reus Judici
subjicitur , & instantiæ obligatur. III.
Nec ulterius permittitur mutatio li-
belli. IV. Actiones temporales per-
petuantur ad quadraginta annos : id
est , si actio , cujus vita alias ad cer-
tos annos restringitur , per litis con-
testationem in iudicium deducta , uti
actio injuriarum , quæ alias annalis
est , semper durat , imo interrupto
forte iudicii cursu , per quadraginta
annorum spatium ab ultimo actu ju-
diciali computandum , resuscitari po-
test

49.) Quando & quibus verbis lis contestatur contestata, multa congerit DURAND. Specul. lib. 2. part. 2.

50.) Jure recentiori hunc effectum induci per solam citationem Reo intimatam , supra dictum ad Tit. XIV. de in Jus vocando §. 173.

De Litis Contestatione. 247

rest § 1.). Sic etiam, quamvis Restitutio in integrum intra quadriennii tempus petenda & finienda sit, plerumque tamen hoc tempus non attenditur, sed propter multitudinem causarum in longius tempus protrahitur, modo intra quadriennium petatur. V. Actiones ex delicto ortæ, veluti actio injuriarum, post litem contestatam transeunt ad hæredes Rei. VI. Jure Romano Procurator per litem contestationem fiebat dominus litis, nec revocari libere poterat. Cum istud fictum litis dominium hodie cesset, revocari etiam Procurator post litem contestatam potest, modo propterea non inutilis mora injiciatur Processui, & parti adversæ damnum creetur. VII. *Lite contestata usuræ currunt* § 2.). VIII. Litis in prima instantia contestatæ effectus etiam post sententiam in Appellatorio durat, ita, ut in Appellationis Processu non requiratur nova litis contestatio, modo in priori instantia adfuerit.

Q 4 §. 207.

51.) Actionem de dolo non perpetuari, ex L. fin. C. de Dolo. colligit DURANDUS de Lit. contest. §. 6.

52.) L. 35. ff. de Usur. & fruct.

Quando
non re-
quiratur?

§. 207. Variæ sunt Causæ, in quibus Litis Contestatio non requiri dicitur, quamvis semper aliquid intervenire soleat, quod supplet Litis Contestationem. Talis est Causa Appellationis: Nullitatis contra Processum vel Sententiam: fractæ pacis, Spolii, Mandati de relaxandis captivis, & universim, ubi conceduntur Mandata S. C. Causa attentatorum, fiscalis, in alimentis decernendis, in oppositione & impugnatione examinis testium: cum grave damnum emerfurum: in petitione tertix & quartæ dilationis: in executione sententiæ, & generaliter in Causis Summariis, ubi extraordinarie procedi solet, & ad testium receptionem sine contestatione perveniri potest. Etiam in notoriis non requiritur Litis Contestatio: unde si quis in iudicio fatetur debitum, non censetur contestari litem, cum non habeat animum litigandi: quia tamen confessio propria facit rem notoriam, pergitur ad alios actus judiciales, & ipsam executionem sine alia Litis Contestatione, quam supplet notorietas, sicut in aliis dictis causis eam suppleant aliæ circumstantiæ. Unde etiam Litis Contestatione opus non est, si allegetur

getur Jus Municipale vel Commune, clarum & certum, quia non indiget probatione 53.)

§. 208. Ex dictis apparet, quam *Lite non* apte in Decretalibus post Rubricam *contesta-* de Litis Contestatione, sequatur *al-* *ta non* *tera: Ut Lite non contestata non proceda-* *pergitur* *tur ad testium receptionem, vel ad senten-* *adulteri-* *tiam definitivam. Cum enim Litis Con-* *ores a-* *testatio sit basis & fundamentum Ju-* *ctus,* *dicii, debet necessario illa præmitti,* *antequam pergatur ad superiores a-* *ctus, qualis est receptio testium, vel* *omnino ad finem litis, qui imponitur* *per sententiam definitivam. Nihilo-* *minus quoad testium receptionem* *multæ dantur Exceptiones, de quibus* *infra ad Tit. de Testibus. Quoad* *Sententiam id interim notandum est,* *quod ante litem contestatam possit* *ferri sententia interlocutoria de iis,* *quæ incidenter in iudicium deducun-* *tur, ut, quod Citatio pervenerit ad* *Reum, quod Reus fuerit Contumax* *&c.*

Q5 TITU-

53.) Casus, in quibus non debet fieri litis contestatio, & si fiat, non tenet, enu-